Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Pro officiatura, & intentione an duplex stipendium accipi possit? nu. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

lum eſt, ne ex vi ſtipendii ipſa excedatur, non verò, ne remittatur: Dico (ex vi ſtipendii) nam nec prohibuit à ſponte offerentibus, te poſſe taxato majus accipere, prohibuiſſet enim pietatis, & liberalitatis officia.

Pro Officiatura, & Intentione, an duplex ſtipendium recipi poſſit.

1. DVbitabis Quartò. An liceat ſacerdoti accipere duplicem eleemoſynam, alteram pro Præſentia, ſeu quam vocant Officiaturam, alteram pro Intentioue, ſeu Applicatione.

Reſpondeo, quando conſtat petentem Miſſam, dato ſtipendio, etiam integro, ſolùm voluiſſe Præſentiam, potes accipere integrum ſtipendium pro Applicatione, & è contrario, id quod licet Gavant.*a*

a *Gavant. in Rubr. Miſſal. p. 3. tit. 2. n. 2.*

& Barboſa *a* aliiqne negaverint, tamen probabilius Suarez, *b* Vaſquez, *c* immo, & Delugo, *d* qui poſt hoc Decretum Sacræ Congregationis ſcripſit, aliique concedunt. Ratio eſt, quia ſtipendium, pro Præſentia, recipitur propter laborem extrinſecum Miſſæ, quo in tali loco, vel tempore Miſſa aſſumitur celebranda: ſtipendium vero pro Applicatione, pro ipſo ſacrificio, eo modo, quo ſupra §. 1. n. 2. fieri ſine labe Simoniæ poſſe docuimus.

Ad Decretum Sacræ Congregationis, quatenus videtur eſſe contra nos, Reſpondebitur mox num. 25.

Vnde

a *Barboſ. de offic. Paroc. c. 11. n. 11.*
b *Suar. de Sacr. diſp. 86. ſect. 3.*
c *Vaſq de Euch. diſp. 234. c. 4.*
d *Delug. de Eu. diſp. 21. ſec. 1. n. 21.*